

- XII. Argumentum quartum, (seu argumentorum clas-  
sis quarta, sex distinctis argumentis constans,) hinc desumitur, quoniam, Quod omni positivâ  
quantitate assignabili minus est, est non-quan-  
tum.  
XIII. Argumentum quintum; ab evanescente proportione  
desumptum.  
XIV. Argumentum sextum; ex Opticis petitum, & scilicet  
onibus Conicis.  
XV. Clavii corollariis respondetur.

F I N I S.



*Johannis Wallisi, SS. Th. D.*  
**GEOMETRIÆ PROFESSORIS**  
**SAVILIANI** in Celeberrimâ  
Academiâ OXONIENSIS,  
**D E**  
**SECTIONIBUS**  
**C O N I C I S.**  
Nova Methodo Expositis,  
TRACTATUS.



O X O N I I,

Ty whole LICHFIELD Academie Typographi,  
Impenis THO. ROBINSON. Anno 1655.


## PARS PRIMA.

## PROP. I.

*De Figuris planis juxta Indivisibilium methodum considerandis.*

**S**uppono in limine (juxta Bonaventuræ Cavallerii *Geometriam Indivisibilium*) Planum quodlibet quasi ex infinitis lineis parallelis constari: Vel potius (quod ego mallem) ex infinitis Prallogrammis æquè altis; quorum quidem singulorum altitudo sit totius altitudinis  $\frac{1}{\infty}$ , sive aliquota pars infinite parva; (est enim  $\infty$  nota numeri infiniti;) adeoque omnium simul altitudo æqualis altitudini figuræ.

**V**TROVIS autem modo res explicitur (sive per infinitas lineas parallelas, sive per infinita parallelogramma æquè alta infinitis illis lineis interjecta) eodem res redibit. Nam Parallelogrammum cuius altitudo supponitur infinita parva, hoc est, nulla, (nam quantitas infinite parva perinde est atque non-quantia, vix aliud est quam linea.) In hoc talitem differant, quod linea haec supponitur dilatabilis esse, sive tantillam saltem spilitudinem habere ut infinita multiplicatione certam tandem altitudinem sive latitudinem possit acquirere, tantam neque quanta est figura altitudo.) Nos igitur deinceps (partim quod ille mos loquendi in Cavallerii methodo de *Indivisibilibus* videatur obtinuisse, partim etiam ut brevitat consularimus) Linearum potius quam Parallelogrammorum nomine partes illas figurarum infinite exiguae (sive altitudinis infinite exiguae) nonnunquam appellabimus, quando saltu determinatae.



minatae altitudinis instituitur consideratio (quod aliquando fiet) exiguae illius altitudinis eoutque ratio habenda erit, ut ea infinites multiplicata totam figuræ altitudinem supponatur ad quare.

*Quod autem de Lineis & Parallelogrammis perinde nominandis, dicendum est, intelligendam etiam erit de Circulis & Cylindris, vel etiam de Planis quibusvis & Prismatis super illa plana constitutis: dummodo supponantur tantam sive crassitudinem sive altitudinem habere quamanta est*

*alitudinis illius figure quam constituant. Nam Cylindrus nullius altitudinis, vel infinite exiguae, quid aliud, est quam Circulus? & Prisma, altitudo vel nullius vel infinite exiguae, perinde atque Planum trahari poterit. Atque hoc jam statim ab initio monendum esse duxi, ne scipi illud deinceps repetere necesse foret.*

## PROP. II.

*De Triangulo.*

**S**I Triangulum rectâ, basi parallelâ, secetur, erit abscissum Triangulum secto simile; & propterea latera habebit proportionalia (ut notum est.